

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 57. Frustranea sollicitatio pro eligendo Cardinale columna.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

privilegia sarta servari urgebant, ac Sæcul. XVI.  
proin fervente hoc diffidio aliquamdiu A.C. 1590.  
res differebatur: cum ergo hi quos-  
dam Deputatos nominarent, ac Deca-  
num adirent, ejus suasu totum sacrum  
Collegium euidam statuto subscriptis,  
quo præfatis Ministris spondebatur,  
quod eadem gratiæ tam spirituales,  
quam temporales, quæ antea pro electio-  
ne Sixti V. in nuperis Comitiis concessæ  
ipsis erant, rursus eisdem indulgeren-  
tur, auctisque eorum pensionibus, ac  
congiariis habitum clericalem, & ton-  
suram deferre permetterentur, ut hisce  
favoribus libere frui possent, prout in  
Sixti V. Bulla statutum fuerat.

## §. LVII.

*Frustranea sollicitatio pro eligendo  
Cardinale Columna.*

Feria tertia die undecima Septembbris Thuan. hif.  
cum celebratum esset sacrum de Spi-<sup>l. 100.</sup>  
ritu sancto, tercia vice suffragia colli-  
gebantur, ubi tamen nihil memoratu  
dignum occurrebat, nisi quod Montal-  
tus, atque Ascanius Columna electio-  
nem Marci Antonii Columnæ toto stu-  
dio urgerent, quamvis vero non pauci  
vehementer obsisterent, has tamen dif-  
ficultates, priusquam conventus solve-  
retur, superandas sperabant. Feria  
etiam quarta iidem haud intermisso stu-

**Sæcul. XVI.** dio præfati Cardinalis electionem pro.  
A.C. 1590. movere satagebant, porro Ascanius  
 præcipiti consilio haud utendum ratus  
 non paucos datam fidem fallere depre-  
 hendebat: insuper etiam altera die fe-  
 ria quinta Columnæ Cardinalis fauto-  
 res satis manifeste agnoscebant, quod  
 Hispani rem minus sincere agerent, ac  
 Montalti fautores erga suum Antesigna-  
 num parum fidos sese exhiberent, un-  
 de cognita horum dissensione plures  
 comitia longius protrahenda suspicaban-  
 tur: cum vero Deus hominum pruden-  
 tiam saepius confundere soleat, hinc  
 luculento testatum reddidit experimen-  
 to, quod summorum Pontificum ele-  
 ctiones ipse solus pro suo arbitrio mo-  
 deretur, quippe Montaltus, qui con-  
 stanti suo erga Columnam patrocinio  
 ceteros Cardinales ad sua studia facile  
 pertrahendos sperabat, partim ab Hi-  
 spanis, partim a Borromæo præpedie-  
 batur, adeo, ut ipse æque, ac Asca-  
 nius a suo proposito non quidem animi  
 firmitate destituti, sed Marci Antonii  
 Columnæ oratione persuasi desisterent;  
 hic enim ambos ita alloquebatur: „de-  
 „centiæ leges haud permittunt, ut ob-  
 „privatæ utilitatis rationes Ecclesia diu-  
 „supremo suo capite destituta relinqua-  
 „tur: cum mihi haud immerito impu-  
 „tanda existimarem omnia illa mala,  
 „quæ

„quæ ex longiori mora Romanæ Urbi Sæcul. XVI.  
„imminere possent, eoquod autem plu- A.C. 1590.  
„res meæ electioni obſistere cognoscam,  
„ex horum repugnantia manifeſte in-  
„telligo, Dei voluntatem non eſſe, ut  
„ego sanctæ ſuæ Ecclesiæ Pontifex præ-  
„sim: proin haud amplius de me cogi-  
„tate.. Hæc Columnæ verba non ſine  
ingenti modetia, atque humilitate  
prolata tam intimo ſenu Montalti ani-  
mum penetrabant, ut iſ Madrutiū San-  
ſeverino Cardinali patrocinari intelli-  
gens non ſine omnium Cardinalium  
ſtupore mentem ſuam mutaret, quam-  
vis & hic quidem ejus conatus haud  
magis proſperum fortiretur exitum. (2)

## §. LVIII.

(\*) Quam fæcundus in describendus Pon-  
tificum comitiis sit Continuator noſter, facile  
deprehenditur ex ampla hac præſentis con-  
clavis relatione, quam ſe ex Thuano, quem  
ſolum allegat, muualle comminifcitur, cum  
tamen hic duntaxat pauca hæc verba profe-  
rat: *Itum in conclave eſt more ſolito, & cum*  
*per continuos ſex dies crebra de Marco Antonio*  
*Columna mentio fuiffet, ſubortis repente diſfi-*  
*cultatibus ſumma votorum concordia cuncti in*  
*Ioannem Baptiſtam Caſianeum Cardinalē con-*  
*ſenferunt, & dilata nihilominus in diem ſequen-*  
*tem electione eum Pontificem renuntiarunt.*

G 4